

INCIPIT  
INTRODUCTIONIS TERTIA PARS.

IAHN VITA.

IAHN (Joannes), philosophiae theologiae doctor, Ecclesiae metropolitanae ad S. Stephanum Viennae in Austria canonice capitularis, archiepiscopalis consistorii consiliarius, archaeologiae biblicae, theologiae dogmaticae, linguaeque orientales successum e Cathedra explanavit. Quibus in disciplinis omnibus consummatus visus est, sed praesertim in iis quae ad archaeologiam Librorum sacrorum spectant. Verum, cum scientiam suam non e puris usque fontibus exhausisset, Protestantium videlicet scriptorum studio deditus, magnam dicendi libertatem non semel usurpavit, propter quam a publicis coactus abstinere lectionibus, plurimorum operum incubationem aggressus est. Tamei secreto solitudinis afflato maturior factus, Iahn in plurimis ideis suas represserit, non omnino audaculum professorem auctor exuerat. Cateroquin, si pauca excipias, pro secula rerum imaginatione potius quam natura nituntur, nullus certe erit philologus feliciori methodo, stylo elegantiori, sagaciori factorum estimatione cognitioneque conspicuus. Non defensore tam egregio sacrae Religionis causa fraudaretur, pleraque Joannis Iahn opera doctissimum Ackermann labellum expurganda susceperit. Quapropter speramus fore ut *Archaeologiae biblicae* lectoribus nulla occurrant reprehendenda, multa autem miranda. Eiusdem praetera factus supersens qui sequitur: 1° *Introductio* ad libros veteris et novi Foederis, quam ipse e germanico sermone in latinum compendiosè redegit. 2° *Lexicon* arabico-latium christomathie arabicae accommodatum, Viennae, 1802, in-8°. 3° *Bibliorum Editio*, hebraicè. 4° *Enchiridion hermeneuticæ generalis tabularum veteris et novi Foederis*, in-8°. 5° *Appendix ad hermeneuticam sacram*; sive fasciculi vaticinationum de Messia. 2 vol. in-8°.

Iahn Viennae, anno 1817, vitâ defunctus est.

ARCHAEOLOGIA BIBLICA.

Praeliminaria.

§ 1. *ARCHAEOLOGIA.* — Archaeologia subjectivè est scientia, objectivè, systema rerum antiquarum memorabilium, atque adeò et res gestas, et omnia reliqua antiqua memorant digna, uti ritus, consuetudines, mores, etc., complectitur; sensu verò arctiori ad sola haec postrema restringitur. Quemadmodum autem memorabilia illa, vel ad rem domesticam, vel publicam seu politicam, vel ecclesiasticam seu sacram, spectant; ita quoque archaeologia est vel domestica, vel politica, vel sacra. Biblica Archaeologia de solis illis antiquis rebus memorabilibus tractat, quae in Bibliis occurrunt, attinguntur, vel pro notis ponuntur.

§ 2. *NECESSARIA THEOLOGO.* — Archaeologia Biblica omnibus quidem non modò iuncta, sed etiam utilis, theologo autem et Bibliorum interpreti etiam necessaria est, 1° ut se cogitatione totum in aetatem, regionem et adjuncta sacrorum scriptorum et coarvorum lectorum transferat, veram oblectorum quorumcumque naturam et indolem cognoscat, et quae libet rectè diiudicet; 2° ut allusiones ad ritus, consuetudines, leges, proprietates regionis, aliaque adjuncta, observet, et plenam horum locorum sensum percipiat; 3° ut adversariorum argumenta, quorum pleraque ignorantia antiquitatis inmittitur, rectè dissolvat; 4° ut illas divinas dispositiones, ad conservationem religionis inductas, illis temporum adjunctis congruisse, percipiat; 5° ut vim argumentorum, quibus Libri sacri probantur esse genuini, penetret. Atque archaeologiam Biblicam omnino tantum esse momenti patet quoque ex eo quòd

omnes, qui rerum antiquarum ignari, ad Biblia servanda accesserunt, innumeros gravesque errores prodiderunt. Cf. Joan. Steph. Menochii praefat. ad lib. octo de republ. Hebr. Parisiis 1648.

§ 3. *FONTES ARCHAEOLOGIAE BIBLICAE.* — Ut autem archaeologia exoptata subsidia praestet, necesse est ut hauriat ex genuinis et indubis fontibus, et tandem rectus fiat ejusdem usus. Fontes sunt: I. Libri sacri, qui sunt testes domestici, et plerique etiam coarvè, adeoque gravissimi. II. Monumenta antiqua, ut pote testes adhaerendum viventes; talia sunt arcus triumphalis Titì, quem Relandus in spoliis templi Ierosolymitani in aren. Titiano Romae conspicuis representavit; rudera Persepolitana; sepulera seu cryptae in Syria, Palaestina, et Aegypto, ubi etiam pyramides, obelisci et rudera diversorum aedificiorum, antiquitatem et perfectionem artium testantur. Rudera urbis Baalbeck et Palmyrae, quae à Woolley aeri incisa representata fuerunt, ex recentiori quidem aëvo descendunt, illustrant tamen ea quae in Bibliis de aedificiis Herodis attinguntur. III. Nummi vetusti graeci, phoenici, aegyptiaci, romani, alique non minùs ac judaici illi, quorum inscriptiones characteribus antiquis exaratae testantur non fuisse confictos. IV. Scripta Philonis Iudaei et Josephi Flavii, qui ambo coarvè erant Apostoli, et quorum ille quidem in Aegypto, ille verò in Iudaea et dein Romae vixit. V. Auctores antiqui graeci et latini, qui nonnumquam res orientales, in libris sacris obiter memoratas, uberius exponunt, in-

primis Herodotus, dein Xenophon, Arrianus, Strabo, Plutarchus, Diodorus Siculus, et reliqui ferè omnes. Hos verò auctores exteros et multò recentiores, discentibus coarvè aut saltem domesticis Bibliorum scriptoribus postponendos esse, sana ars critica docet. VI. Mischna, seu textus Thalmudis, qui ferè ab anno 150 usque ad annum 220 ex traditionibus compilatus, et demum Gemaris duabus explanatus fuit, quarum altera, dicta Ierosolymitana, circa annum 280 conscripta; altera verò Babylonica nuncupata, anno 427 coarvata, et circa annum 500 ad finem producta fuit. In usu notitiarum, quae hoc opus supponit, permagna cautio opus est; multa enim recentiora, quae antiquitati ignota erant, interposita sunt. VII. Scriptores illi ecclesiastici, qui in Syria aut aliis regionibus orientales vixerunt, imprimis Hieronymus et Ephraem Syrus; libri quoque alii syriaci et arabici, imprimis antiquiores; ipsa denique etiam itineraria peregrinantium, qui recentiori aëvo regiones illas illustrarunt, et indolem earum, atque mores, ritus et consuetudines incolarum in suis itinerum historis exposuerunt. Sunt quidem illi omnes, testes de rebus multò recentioribus; ast quoniam orientales non sint novationum amantes, et antiquis inhaerere maluit, pleraque antiquissima constanter retinuerunt, ex quibus permulta in Bibliis lucem capiunt. Quoniam autem nihilominus non pauca quoque, tot seculorum decursu, mutata fuerint, cavendum est ne recentiora antiquitati obtrudantur. Qui antiqua ceteris constantius tenuerunt, sunt Arabes, qui in desertis Arabiae vagantur; his proximi sunt nomades in Palaestina, Syria, Mesopotamia, Babylonia seu Irak, atque demum in Aegypto et Africa septentrionali; exterae gentes, prout Hebraeis propinquiores sunt, aestimantur. Denique distinguenda sunt illa, quae hi auctores ipsi viderunt et observarunt, ab his quae duntaxat conjiciunt, et quibus sententiam suam interponunt; in illis enim sunt testes, in his verò iudicis sibi arrogat officium, quod unicuique nostrum competit.

Pars prima.

DE ANTIQUITATIBUS DOMESTICIS.

CAPUT PRIMUM.

INTRODUCTIO GEOGRAPHICA.

§ 1. *Geographia Biblica.* — Primum quidem situm et indolem locorum illorum, in quibus usitatae erant ea quae memorabilia exponenda veniunt, cognitum esse oportet; quare praecipua geographiae Biblicae capita praemittimus. Ne autem justo diutius in limine haereamus, pro notis ponimus non modò sedes populorum, qui Gen. 10 (1) memorantur, sed etiam fontes et cursum fluviorum Euphratis et Tigridis, atque plura alia de Asia minori et Graecia; situm duntaxat earum regionum, quae in Bibliis saepius memorantur, paucis exponemus.

§ 2. *Aramæa.* — Regio, quae in Bibliis nomine Aram, venit, est tractus vastissimus, qui à monte Tauro

(1) Confer Comment. in Genes. cap. 10.

usque ad Damascum et Babylonium, atque à mari Mediterraneo usque trans Tigridem in Assyriam protenditur. Diversae autem partes diversis quoque nominibus insignuntur.

I. Aram Beth Rechob, Assyria, sensu strictissimo, parva provincia, seu peninsula Tigride et Zabo majori et minori cincta, quae demum septem aliis provinciis aucta fuit, et aetate Isaiæ et Achazi aliis occupationibus usque in Syriam et in Palaestinam progredientibus, in latissimum imperium assyriacum increvit. Nive, metropolis, in littore orientali Tigridis, ferè ubi nunc in littore occidentali Mosul cernitur, sita erat; primum ab Arbace et Belysi anno 877 ante Chr. vastata, sed rursus restituta; demum à Cyaxare 1 et Nabopolassar anno 625 ante Chr. eversa, et nunquam restaurata fuit.

II. Aram Nahrain, Mesopotamia, nunc al-Gezira, seu insula nuncupata; nam iustar insulae ferè indique Euphrate et Tigride cincta est. Provinciae singulares sunt: 1° campi Mesopotamiae, et 2° tractus Nesibenus.

III. Aram sine epitheto, est Syria, nunc al-Scham, seu regio sinistra dieta, quia facie in orientem converso Arabi, ad sinistram, id est, ad septentrionem sita est. Celeberrimae ruderies adhucmodum insignes urbes sunt Baalbek vel Baal-Gad, seu Heliopolis; et Thadmor, seu Palmyra; porro תרביך, nunc Haleb seu Aleppo, et Antiochia. Districtus singulares erant: 1° Regnum Damascus, 2° Regnum Maacha, 3° Regnum Tob, 4° Regnum Hamath, et 5° Regnum Geshur, ad Orontem fluvium.

Orientalis (1) coeli regiones ad corporis situm definituri, vertunt faciem ad ortum solis, quare vocant ortum non modò מוצא, sed etiam quod eorum facie est. על ימי; septentrionem non solam צפון, sed etiam שפאל; occidentem non tantum צד, sed etiam posterior, צד, מזרח, et mare, ים, quia mare Mediterraneum hanc plagam occupat; denique austrum non modò צד, sed etiam dexteram, ימי, ימי, dicunt.

§ 3. *Phoenice.* — Pars Syria et Palaestinae ad littora maris Mediterranei, à fluvio Eleuthero, qui inter Orthosiam et Tripolim, 34° 26' lat., in mare se exonerat, usque ad Achzibam seu Eclippam, 32° 50' lat., vel, ut quibusdam placet, usque ad ostium fluvii Bebi ad Acco seu Ptolemaidem, Phoenice est regio, parva quidem, imprimis curta, sed à commerciis et artibus celeberrima et ditissima. Urbes erant celebres, Sidon, et Tyrus, quae Sidone quidem recentior, sed demum celebrior erat, à Nabudadnezare vastata, dein in adiacente insula restituta; rursus ab Alexandro Magno eversa; et demò restaurata, antiquam celebritatem non recuperavit.

§ 4. *Media.* — Media, sub 32° 40' latid., contenta est ad oceanum Assyriae et Armeniae, ad septentrionem mari Caspio, ad ortum Hyrcaniae et Parthiae, atque ad austrum Persiae. Metropolis erat Ecbatana, nunc Hamdan dicta.

(1) Quod de Syr. Arab. et Mahum. intellige. Alii aliter coeli regiones definiunt.

§ 8. *Persia, Susiana, Elymais.* — Persia, est ille tractus qui à Mediâ usque ad mare Persicum à gradu lat. 54 ad 27 protenditur, atque Susianam et Elymaidem comprehendit; arctiori vero sensu ad occasum habebat Susianam; et ortum Carmaniam: Susiana, cuius metropolis Susa erat, Persiam inter et Babyloniâ media, ad austrum sinu Persico continetur, et nunc Chuzdian dicitur. Elymais, in libris antiquioribus pro universâ Persiâ venit; strictiori vero sensu, est districtus, qui Susianæ ad septentrionem, et Babyloniæ ad ortum septentrionalem situs erat, conterminus aliunde Mediæ; limites accuratè deliniri nequeunt.

§ 9. *Babylonia, Chaldaea.* — Babylonia, à metropoli celeberrimâ Babylone denominata, sensu latiori, ad septentrionem terminabatur Armeniâ, et hæc extensione olim dicebatur Sinar seu Singar; strictiori autem sensu, ad septentrionem confinis erat Mesopotamiam, ad occasum Arabiæ Desertæ, et ad austrum sinu Persico. Pars aliqua australis in occidentali litore Euphratis, à regibus Assyriæ, quibusdam tribubus Chaldæis concessa, inde Chaldaea dicta fuit; propriè autem sic dicta Chaldaea non erat ad littora ponti Euxini orientalia in austrum vergentia, ut Michaelis existimavit, sed pars Armeniæ orientalis et meridionalis, ut Xenophon Cyrop. 2, 5, et Exped. Ciri 4, 5, docet.

§ 10. *Arabia.* — Arabia incolis Palesinæ dicebatur regio orientalis, *أرض العرب*, Babyloniis verò occidentalis, *أرض العرب*. Hinc Arabes jam orientales, jam occidentales dicebantur, 2 Paral. 9, 14, Jer. 3, 2, et ipsi quoque se utroque nomine compellabant, et adiuventum compellant, ita tamen, ut campestris sen sentite se dicant collectivè *عرب*, incolæ autem urbium *عرب*, conf. Jer. 25, 24. Divisio in Felicem, Petraeam et Desertam Arabiam, à Megasthene et Ptolomæo usurpata, orientabilis ignota est, et in Bibliis non observatur.

Arabia Felix dicitur peninsula, sinu Arabico (qui recentioribus mare Rubrum dicitur), oceano meridionali (qui olim in hæc plagâ mare Rubrum nuncupabatur), et sinu Persico cincta, ut linea, ab extremitate sinus Persici, ad portum Eban seu Aita, in orientali extremitate sinus Arabici ortum, ducta, claudatur. Pars verò illa, que ad ortum cingitur Arabiâ desertâ, et ad austrum sinu Arabico (qui hæc in parte duo brachia in septentrionem extendit), ad occasum autem Ægypto et mari Mediterraneo, et ad septentrionem Palesinâ circumdata est, ab urbe Petrâ, *بدر*, dicitur Arabia Petraea. — Idemque, etiam Seir dicta, pars est septentrionalis Arabiæ Petraeæ in orientem vergens.

— Illa denique pars, que ad austrum Arabiæ Felici, ad ortum Babyloniæ et Euphrati, ad septentrionem Euphrati et Syriæ, atque ad occasum Gileaditi confinis est, audit Arabia deserta. Magni sunt in his regionibus, præsertim in Arabiâ Desertâ et Petraâ, tractus volubilibus arenis contexti, qui nomadibus pascuæ præbent.

§ 11. *Ægyptus.* — Ægyptus, ferè sub 31° 57' ad 25° 45' lat., ab ortu terminatur Arabiâ Petraâ et sinu

Arabico, ab austro Æthiopiâ seu potius Nubiâ, ab occasu desertis Africae seu Libyæ, et à septentrione mari Mediterraneo. Divisa fuit in duas, nonnunquam etiam in tres partes, nempe inferiorem (septentrionalem), que Delta dicitur, et superiorem (meridionalem), que arabicè *Zaid*, græcè *Θαλασσα*, et hebraicè *עֲרֵב* nuncupatur, nisi hoc nomine Phatris, solus veniat nomos Phaturies. Pars inferior Ægypti superioris tanquam tertia, seu media, nonnunquam heptanomis dicta fuit, quia septem districtibus constabat. Nilus celeberrimus, qui ferè constanter nomine *Ν* veit, secat regionem in duas partes, et omni anno, mensibus angusto et septembri, vallem inundat, limoque suo nigro fecundat, atque demùm in mare Mediterraneum se exonerat, olim quidem septem ostiis, quorum hodièdum duo duntaxat maiora supersunt. Urbes celeberrime sunt Thebe, seu Diospolis magna, metropolis Ægypti superioris, jam ab Homero à 400 portis laudata, et adiuventum à rudibus precelestibus; Memphis, ferè in confinio Ægypti inferioris et superioris, ad littora Nilii occidentalia; Tanis, que nunc in insula latis Tennis seu Mensale superest; atque Alexandria, ab Alexandro in litore maris Mediterraneo ad limites occidentales Ægypti edificata, portu insignis.

§ 12. *Terra Gessen seu regio Goshen et torrens Ægypti.* — Regio Goshen, in Vulgatâ Gessen, dicitur, Gen. 47, 6, 11, regio pascuosa; igitur nequaquam erat pars culta Ægypti. Ex 1 Paral. 7, 21, seq., liquet, hæc terra tractum eò usque procurrisse, ut non procul ab urbe Gazâ terminaretur; itaque orientalis erit pars Ægypti inferioris, que ad littora maris Mediterraneo in Arabiam Petraeam protendebatur; quare interpretes Alexandrini, geographiæ huius regionis optime gnarus, vertit Gen. 45, 10, *የἄρουρα*. Ex his efficitur, regionem Goshen esse illum tractum, ferè triangularem, qui lineâ ab Heroopoli ad torrentem Ægypti ductâ, mari Mediterraneo et Pelusiaco Nilii brachio clauditur.

Ubi autem quaerendus sit commemoratus modò torrens Ægypti, qui in Bibliis sæpè recurrit, adhuc sub iudice lis est. Verosimillimum tamen esse torrensem, qui ad Rhinocoluram, nunc al-Arisch dictam, tempore hyemis mare intluit; nam interpretes Alexandrini vertit *Ποσειδωνία*; et Epiphanius, harum regionum non minùs ac interpretes Alexandrini gnarus, testatur Hebr. 66, p. 705, Rhinocoluram ab incolis nuncupatam fuisse *Αἰθ*, quod est ipsum *Αἰθ*, aliis vocalibus prolatum, atque peregrinator Hellerich Reisebuch Frankf. 1373, p. 588, scribit, venisse se 1565 ad al-Arisch in regionem, que dicebatur Nechile, quod rursus est ipsum *Αἰθ* paulò inflexum. Conf. Broedhard in Reisebuch Frankfurt S. 466 et Wansleb. in der Sammlung der Reisen von Paulus III, 164. Peregrinatores ibidem non invenisse torrentem, ratio non est alia, quam quòd non advennerunt ad hyemis parte, quâ vallis seu torrens aquâ non caret.

Quantum utilitatis habeat Palesinæ notitiâ geographica ad S. Scripturam intelligendam, docet S. Hieronymus, in epistolâ ad Dominionem et Rogatian.:

« Quomodò Græcorum historias magis intelligunt, qui Athenas vident, et tertiam Virgilio librum, qui à Troade per Leucatem et Acrocerania ad Siciliam, et inde ad ostia Theris navigaverint; ita sanctam Scripturam lucidius intuebitur, qui Iudæam ferè contemplantus sit, et antiquarum urbium memorias, locorumque vel eadem vocibula, vel mutata cognoverit. Unde et nobis cure fuit cum eruditissimis viris hunc laborem subire, ut circumiremus provinciam, quam univèrse Christi Ecclesiæ sonant.

§ 15. *Limites regionis Hebræorum.* — Chanaan, regio Abrahamo et posteris ejus à Deo promissa, et primitiis parim à Chananeis, posteris Chanaan filii Cham, partim ab Abrahamo, Isaac et Jacobo occupata, fluvio quidem Jordane et mari Mortuo, Arabiâ Petraâ, mari Mediterraneo atque Syriâ cingitur; ast promissiones simul ea respiciebant, que Hebræi, quondam ad arma provocati, in potestatem suam redacturi essent. Ita mox in principio, ut in regionem, quam patriarchæ occupaverant, penetrare possent, reges Gileaditis, qui arma arripuerant, expugnârunt, atque tractum trans Jordanem à fluvio Arnone usque ad radices montis Hermon seu Antilibani, jure belli occupârunt, Num. 21, 21 seq., et sequentibus seculis alias porrò vicinas regiones in ditionem suam redegerunt. Hæc extensio limites definitur Gen. 15, 18, 21. Num. 34, 1, 2. Deut. 11, 24. Jos. 1, 4, 11, 16, 17, 15, 1, 7, 15, 55.

Ad austrum, ab extremitate maris Mortui limites diversis anfractibus procurrebant penes Idumæam et Arabiam Petraeam ad torrentem Ægypti, ut pascuæ Arabiæ Petraeæ, et inprimis illius deserti, quod per Arabiam Petraeam et Desertam usque ad sinum Persicum, et penes Euphratem in septentrionem protenditur, maneret libera; limites enim in his eromis præfiniri non poterant. Ne verò quidpiam ultra torrentem Ægypti occuparetur, singulari lege cautum fuit, Deut. 17, 16. Post victoriâ Davidis arma, Idumæa quoque tota usque ad sinum Elaniticum, Hebræis paruit. Extrema ex hæc cœli regione urbs commemorari solet Beersheba.

Ad occasum, à torrente Ægypti usque ad urbem Acco seu Ptolemaidem, vel potius usque Achizibam seu Ecdippam, Jos. 19, 28, 29, mare quidem Mediterraneum, præfinitus fuit terminus; Philistæi tamen in littoribus australibus persistebant, à Davide demùm quidem victi, deinceps autem demùm sapius jugum excusserunt. Ab Achizibâ limites vertebantur in terram continentem, et penes Phenicem, 17 milliariibus germanicis in septentrionem, usque ad 34° lat. procurrebant, ubi Apheca, inter Biblum seu Gible et Bas-Gad seu Basbeek, sita erat. Phenice itaque limitibus Hebræorum exclusâ fuit, Jos. 15, 2, 6. conf. Num. 5, 6, et Jos. 19, 24, 51.

Limites septentrionales ab Apheca nullis et magnis anfractibus procurrebant in orientem, attingebant in Cœlesyriâ fines regi Hamath et comprehendebant quoque urbem Bas-Gad sub 54° lat., in cuius confinio sita fuisse videtur illa urbs Dan. que sæpius extrema

in septentrione, allegatur. Inde limites ita vergebant in austrum versus orientem usque in Arabiam desertam, ut regnum Damascenum excluderetur, quod totum cum urbibus quoque Betach et Bairuth, demùm à Davide armis occupatum fuit, sub successibus verò rursus libertatem suam vindicavit, et regno Israel multa incommodò creabat.

In orientali plagâ limes quondam statutus erat Euphrates, Deut. 11, 24, neque tamen in desertis illis accuratè definiti poterat. Montes Gilead, sub Mose occupati, procurrant usque ad desertum, quod litus Euphratis ambit, et pascuæ præbebat Robentis et Gaditis, 4 Paral. 5, 9, 16. Magnum tractum Arabiæ subegerunt tribus trans Jordanem sub Saïlo, 4 Paral. 5, 19. Ammonite tenebant tractum trans Armonem in oriente; atque Moabita habitabant regionem trans Armonem in meridie, ut Arnon fluvius esset limes, qui Hebræos ex orientali plagâ dirimeret ab Ammonitis, et ex australi plagâ à Moabitibus, donec David hos populos subegisset, et limites in septentrionem quoque usque ad 35° 15' lat. extendisset; urbi urbs Thipsach, seu Tapsacum, sita erat.

Ex his liquet regnum Davidis et Salomonis fuisse vastissimum; à gradu enim lat. 28 usque ultra gradum 53, et à gradu longit. 52 usque ad gradum 59 porrigebatur.

§ 14. *Facies regionis. Montes.* — Chanaan est regio montosa. Duo montium juga, alterum cis, et alterum trans Jordanem, procurrant ex Syriâ usque in Arabiam, que passim jam majori, jam minori planitie interrupta sunt. Montes præcipui sunt: 1° Libanus, duobus montium jugis constans, que ferè parallela à 55° 42' lat. in septentrionem usque ad 54° 52' procurrant, et medium relinquunt, magnam vallem, que Cœlesyria, *Καδσηρ*, dicitur, Gen. 10, 25, Jos. 11, 17. Exurgunt nempe hi montes ultra dimidium miliaris germ. ab antiquâ Tyro in septentrione, ubi fluvius Leonates, nunc Kasmie dicitur (qui, inter ambo medius, ex Cœlesyria venit), mare ingreditur. Tractus occidentalis Græciæ Libani, et orientalis Antilibani dicitur, quod discrimen nonnihil, Hebræi non observant; utrumque enim nomine Libani comprehendunt. Libanus ab ostio Leonatis in septentrionem ita protenditur, ut paulisper vergat versus orientem, et penes mare relinquat planitiem diverse latitudinis; duo enim duntaxat promontoria in mare excurrunt, alterum ad ostium Lyci, qui nunc Nahr el-khalb dicitur, sub 55° 50'; et alterum sub 54° 16' *Βασιλ* dicitur. In his montanis erant cædi, quarum abducentum 20, 40, vel potius, ut Aryda Maronita archipresbyter Tripolitanus, quondam Vienna professor LL. OO., testatus est, 14 antiquissimæ et pregrandæ, minores autem quam plurimæ super sunt. Antilibanus ab ostio Leonatis primùm quidem vergit in orientem; tandem verò, Libano ferè parallelus, in septentrionem procurrit; multo altior est Libano, in vertice perpetuis nivibus tectus, Jer. 18, 14; ast in Libani quoque rimis et fissuris altioribus septentrioni obversis, nives tempore æstatis non deficiunt, que in urbes vicinas ad re-

frigerandum potum deportantur, Prov. 25, 15. Antilibani vertex altissimus, Hebraeis dicebatur Hermon, Sidonis Sirjon, et Amorhaeis Senir, Deut. 5, 9; ast recentiori etate tria haec nomina tribus diversis verticibus tribuebantur 1 Paral. 5, 25. Pars Damascus respiciens dicebatur Amana, unde torrentes, vel potius duo torrentis brachia, Amara et Pharphar descendunt, 2 Reg. 5, 12. Antilibanus alii abietes et pinos. Altitudo montium ferè est 1600 vel 1600 orgiarum, et spectaculum præbet grande et magnificentum unde plures tropi deprompti sunt. Isa. 10, 34; 29, 17; 55, 2.

2<sup>o</sup> Carmelus, jugum montium, quod tribus ferè miliaribus germ. ab austro Ptolemaidis, ubi mare siumum facit, exurgit, et versis meridiem protenditur miliaribus germ. duobus et dimidio. Latitudo in septentrione est duorum et dimidii, in meridie vero quinque miliarium germ., ambitus ferè est 8, vel, ut d'Arviex contendit, 15 miliarium germ. Montes in septentrione et oriente altiores sunt quam in meridie et occidente, et in septentrione quoque in mare excurrunt; versis meridiem vero recedunt, et litus planum in formam dimidii circuli relinquunt. Horum montium et vallium indolem, ipsum nomen indicat; nam כרמל אל על כרמל contractum, est hortus Dei, seu regio peramena. Vertices montium quercubus et abietibus, valles ferè olivis et lauris consistit sunt, nec ullibi desunt fontes et rivus orientibus graissimi. Quare plures à Carmelo deprompti occurrunt tropi Isa. 29, 17; 52, 15; 53, 2. Mich. 7, 14. Jerem. 48, 58. Notatu digne quoque sunt specus quam plurimas, quarum saltem multae jam olim aderant, atque semita per continuos anfractus ducit, ut quis facile in ipsis se abscondere, ibique latere possit à nemine reperiendus, Amos 9, 5, 2 Reg. 2, 23, 4, 23. Alius mons Carmelus cum urbe cognominis erat in tribu Juda, 1 Sam. 23, 5; 27, 5; 2 Sam. 5, 2.

5<sup>o</sup> Thabor, תבור, mons singularis, figurà ab austro in septentrionem ovali, semitotum milliari germanico à Carmelo ad ortum, et ferè duobus miliaribus germanicis à Jordane ad occasum, ad latum septentrionale planities Izreel seu Ezzaretem, in altitudinem 50 stadiorum elevatur, ambitu ad radicem, trium horarum. In vertice est planities ovalis, cujus peripheria 26 stadia complectitur, in quo quondam fuit urbs, et hinc non videtur esse diversa ab urbe Thabor in tribu Zabulon, quae 1 Paral. 6, 62 vel 77 commemoratur, et Jos. 21, 52, simpliciter urbs, seu Kartian dicitur. Alia autem proorsis est Terebinthus Thabor, quae dimidio milliario germ. Jerosolymis distabat, 1 Sam. 10, 5.

4<sup>o</sup> Montes Israel, etiam montes Ephraim dicti, ferè medietatem totius regionis occupabant, et opponuntur montibus Jude. In utrisque est aber solum, exceptis illis montium Israel jugis, quae regionem Jordanis respiciant, et illis quae à monte Olivarum usque ad planities Jerichintham protenduntur; haec enim sunt aspera et salebrosa, et postrema perpetuò latronibus latibula præbebant, Jos. 16, 18; 18, 17; Luc.

10, 50. Altissimus vertex hujus ultimi jugi montium est, qui nunc quidem Quarantania dicitur; olim autem saxum Rimmon dictus fuisse videtur, Jud. 20, 43, 47. Montes Ebal et Garizim, solà valle divisi, ille ad aquilonem, hic ad austrum Siccheri, ex Deut. 27 et Jos. 8, 50, 53, celebres sunt. In montibus Jude specus sunt permulta et partim peragna, quarum celeberrima est Adullam, 1 Sam. 22, 1, 2; conf. quoque Gen. 25, 9, 19. Jos. 10, 16; erat autem et urbs hujus nominis, Jos. 15, 53.

5<sup>o</sup> Trans Jordanem sunt montes Gilead, qui ab Antilibano, seu à vertice Hermon usque in Arabiam Petraeam procurunt. Pars septentrionalis Baschan nuncupatur, et à quercibus et pascuis celebris erat; media pars, Gilead arcifiori sensu dicebatur; in Australi verò parte erant montes Abarim; inter hos è regione Jerichanthi, eminebat mons Pheor seu Phegor, et vertex Nebo, è quo universa regio Chanaan conspicitur, Deut. 3, 27, 52, 48, 50, 54, 1, 2.

§ 15. Planities. — Planities celeberrime sunt. I. Littus maris Mediterranei, à torrente Aegypti usque ad Carmelum. Tractus à Gazà usque ad Joppen, dicitur simpliciter planities, in qua erant quinque urbes principes Philistaeorum, Gaza, Ascalon, Azotus, Gath, et Ekron vel Accaron. Tractus à Joppe usque ad Carmelum, dictus fuit Scharon vel Saran, quibusdam collibus distinctus, à quo distinguendus locus Scharon, Thaborum inter et lacum Gennesareth, et tertius locus Scharon in tribu Gad trans Jordanem, à pascuis celebris.

II. Planities Izreel, יזרעל, in montibus Carmeli et mari Mediterraneo usque ad Jordanem à laca Gennesareth egredientem, per mediam Palaestinam procurrit; longitudo est inter 5 et 6, latitudo verò inter 2 et 3 miliaria germanica. Pars orientalis, ut mox dictum fuit, Scharon, occidentalis verò planities Megiddo dicebatur. Conf. Jud. 4, 1, seqq. 6, 53, 7, 18; 1 Sam. 29, 4, 11, seqq.; Reg. 25, 29; 2 Paral. 33, 22; 1 Machab. 12, 40.

III. Regio, seu districtus Jordanis, sunt littora utraque Jordanis à lacu Gennesareth, usque ad mare Mortuum; latitudo ab occasu in orientem ferè est 3 miliarium germ., longitudo ab aquilone in austrum, à Josepho de Bell. Jud. l. 4, c. 8, § 2, juxta meliorem lectionem, dicitur esse 1200 stad. seu 50 mill. germanicorum. Hujus regionis pars erat, 1<sup>o</sup> planities Jerichinthina, fonte rigata et fecundata, in longitudinem 70, et in latitudinem 20 stadiorum; — 2<sup>o</sup> valles Salinarum ad mare Mortuum, 2 Reg. 14, 7; 1 Paral. 18, 5; 8, 12; 2 Paral. 25, 11; — 5<sup>o</sup> trans Jordanem campestris Moab, in quibus castrametanti erant Hebraei, Num. 25, 1; 26, 5; haec sunt eadem, quae Num. 25, 1, et Jos. 2, 1, 5, dicuntur Vallis Acaclarum.

Loca plana, seu potius valles, pluribus nominibus distinguuntur, quorum discrepantia jam accuratè discerni nequit; id modò constat illa esse vallem, quae habet hyeme torrentem; וַיִּבְנוּ אֵתמַעְיָן אֵתמַעְיָן sine torrente; quà ratione ab his פְּדַת differat, ignotum est, nisi fortè sit vallis profundior, prout פְּדַת est vallis

latior seu planities. Valles haec omnes enumerare non valet; memoratae præ cæteris digna est vallis Hinnom, ad menia Jerosolyma meridionalia, tum quia tribum Juda à tribu Benjamin separabat, Jos. 18, 16, tum etiam quia in aliquâ ejus parte, Thopheth, 2 Reg. 23, 10, idolo Molok infantes concremabantur, 2 Reg. 16, 15; 21, 20; Jer. 7, 31.

§ 16. Sylva. — Sylva commemoratur Jos. 17, 15, 1 Sam. 14, 25. Ps. 29, 9; 50, 10; 85, 15, 16; 96, 12. Isa. 10, 54; 29, 17; 52, 15. Mich. 7, 14. Jer. 21, 14. Ezech. 20, 46, 47. Loca haec copiosa docent, minime fuisse necessarium, ut Hebraei, sicut moderni regionis incolae, excrementis pecudum ad ignem uterentur, quod ipsum ex Ezech. 4, 15, inculenter liquet. Conf. Deut. 29, 10, 11. Prov. 26, 21. Isa. 27, 14; 44, 12; 54, 16. Jer. 7, 16, 19. Sylva quae in Bibliis laudatur, sunt: I. Sylva Cedrorum in monte Libano, conf. supra § 14, 1<sup>o</sup> et 1 Reg. 7, 2, 2 Reg. 19, 25. Ose. 14, 6, 8. II. Sylva abietum et pinuum in Antilibano, qui à Davide occupatus fuit, 2 Sam. 8, 5, 6, 1 Paral. 18, 4. III. Sylva quercuum in montibus Baschan, Zach. 11, 2. IV. Sylva Ephraim; quam Ephraimitae quidem excludere cuperunt, Jos. 17, 15; superbit tamen adhaedum etate Davidis, 2 Sam. 18, 6; 8, 17. 1 Paral. 18, 4. Pars ejus fuisse videtur illa sylva ad urbem Bethel, quae 2 Reg. 2, 24 memoratur. V. Sylva in finibus tribus Benjamin et Juda, ad urbem Baala, quae inde etiam urbs Syllarum dicta fuit, Jos. 15, 9, 10, 60. Jos. 26, 10. Esdr. 2, 15. Neh. 7, 29. VI. Sylva Chareth et sylva Chorscha, admodum ampla, in tribu Juda, 1 Sam. 22, 5, 25, 14, 16. VII. Fruticeta, quibus littora lacus Merom et Jordanis ubique obsita sunt, nomine castitudo Jordanis, celebrata, Zach. 11, 5. Jer. 12, 5; 49, 19; 50, 44. VIII. Sylva Joardes trans Jordanem, à Josepho Fl. de Bell. Jud. l. 7, § 5, commemorata, à Romanis excisa. IX. Nec omitteantur sint sylvae in verticibus Carmeli et in declivi montis Thabor.

Si nostrà etate sylvae in Palaestina sunt rariores, cogitandum est non modò plures salius ab Hebraeis ipsis excisis, sed etiam ab hostibus per tot saeculorum decursum vastatos fuisse, ut mirandum minime sit, si ligna nunc ignibus, utso sub illo climata non adeò frequentibus, non sufficient, et exsiccata jumentorum excrementa in alimentum ignis convertuntur.

§ 17. Deserta. — Deserta quae in Bibliis memorantur, sunt tractus terrarum inculti duplicis generis; alii enim sunt montes, aquis minime carentes; alii autem plani arenis sterilibus obduti, in quibus fontes sunt rarissimi, et hi ipsi paucissimi aquam progignant potibilem, quae vis profuens à sitiènti arenâ absorbetur. Germanant nihilominus passim herbae libellares, quae ovibus, capris et camelis parcum præbent pastum. Arenae, caloribus solis exustae, et hinc levissime, ventorum turbulibus, non secus ac maria, jaectantur, jam hinc inde in montes accumulatur, qui alio orio turbine rursus dissipantur, et in alium locum transferuntur. Olim in his eremis non deerant pauci hinc inde viculi et oppida Jos. 15, 61, 62. 1 Sam. 25, 19.

26, quae jam etate Hieronymi (Proleg. Comment. in Amos.) desiderantur. Deserta montosa paulò melioris sunt indolis. Deserta in regione Hebraeorum, à locis quibus confinia erant, sortita sunt nomina. Celeberrimum est magnum illud desertum, quod, teste Hieronymo, Proleg. Comment. in Amos., à Thecod urbe, quae Bethlehoem versus meridiem sex miliaribus gomanis (1 1/5 mill. Germ.) distabat, inchoat, et per Arabiam desertam usque ad simum Persicum protenditur, et denique in litore Euphratis versus septentrionem ultra urbem Bir proerit. Hic amplissimus terrarum tractus in Bibliis dicitur desertum Juda, quia in tribu Juda inchoat. Jos. 10, 54, Ps. 63, 1, seqq. 2 Paral. 20, 20. Matth. 5, 1, 14, 19, 1. Marc. 1, 4, 10. Joan. 10, 59. Desertum Engedi, est ad litus occidentale maris Mortui, et desertum continuum Ziph; utrumque montes habet praefatos et multas specus. Magis ad austrum est desertum Maon, desertum Carmel, cum oppido cognominis, 1 Reg. 15, 42, et desertum Thecoa, ad urbem cognominis, quae sunt partes deserti Jude. Desertum Jericho, sunt illa montium juga, quae montem Olivarum ab urbe Jerichantho determinant. Desertum Bethaven pars esse videtur montium Ephraim, qui, teste Josepho Flavio, versis regionem Jordanis glabri et asperi sunt, Jos. 18, 12.

§ 18. Jordanes, lacus Meron et Gennesareth. — Fluvius majorem aquarum molem vehens, est unicus Jordanes, qui, prout sub tetrarchâ Philippo detectum fuit, ex lacu Phialâ ad radicem Antilibani oritur, et cœmens primum meatu subterraneo tribus miliaribus germanicis, ad Pancænaeum seu Casarem Philippum, cum ingenti strepitu è terrâ crumpit. Joseph de Bell. Jud. l. 1, c. 24, § 5, l. 5, c. 10, § 7. Tribus rursus cœmens miliaribus germanicis, aquis complet locum Merom seu Samochonitidem.

Lacus Merom tempore vernali, quo aqua est altissima, 60 stadia longus, et 50 stadia latus est; paludes verò usque Daphnen extenduntur, undè Jordanes minor egreditur, Joseph. ibid. l. 4, c. 1, § 1. Aestate verò non est nisi palus, et solum ejus partim oryza consertur, maximâ verò parte fruticibus conlectum est, quae feris latibula præbent, Joseph. Arch. l. 15, c. 10, § 7.

E lacu Merom egressus Jordanes, rursus tria miliaria germanica conficit, et ingreditur mare Gennesareth, quod etiam mare Galilee et mare Thiberiadis dicitur. Hic lacus, 5 1/2 mill. germ. longus, et uno milliari latius, aquâ clarâ et dulci repletus est, atque ingentem alii piscium copiam, Strabo p. 714. Littora ferè collibus et montibus frugiferis obsita sunt, ex quibus plures rivus descendunt.

E lacu Gennesareth Jordanes egreditur 150 usque 200 pedes latus, et 7 pedes altus, atque multis anfractibus percurrit planitiam quae ab ipso hoc fluvio regio Jordanis denominatur. Ex plagâ occidentali quinque recipit non satis nota flumina, ex orientali verò plagâ influnt: 1. Jabbok, 2. Jaser, flumen igne-

tum; 5. Krit, et 4, versus austrum, torrens accacia- rum, à valle cognomini ita dicitur.

Jordanis originem suam perpetuis Antilibani nivibus debet; quare tempore messis, quae altero aprilis dimidio incipit, liquefactis calore nivibus Antilibani, intumescit, rapidius fertur, et superiorem quoque alueum complet, ut omnibus litoribus plenus fiat, Jos. 5, 15; 4, 18; Jer. 49, 49, 1 Paral. 12, 14, 15; Sirach. 24, 26. Nam fluvio alueus circa Jerichontem, de quo loco loquimur, est duplex, alter inferior ordinarius, 53 velus 70 aut 80 pedes latus, in quo profundior decurrit per annum fluvius, 10 vel 12 pedes altus, ut à ripa ad aquas 4 vel 5 pedes sint intermedia; alter vero alueus superior pro diversitate locorum jam 200, jam 600 orgis latus, qui initio aestatis, ut mox diximus, aquis intumescitibus completur. Peralegratoribus vel ante, vel post hoc tempus Jordanem inviserunt; quare de hoc quidem fluvio incrementum nihil referunt, Mirike tamen Reiseb. p. 119, testatur, se deprehendisse litorea seu alueum superiorem adhuc madentem et lubricum. Sunt tamen non pauci qui censent, fluviorum excavasse profundiorum alueum, ut jam nunc litorea ordinaria nunquam egrediatur.

§ 19. *Mare Mortuum.* — Jordanes aquas suas in mare Mortuum exonerat, quod alias mare orientale, et mare Siddim, atque mare planitie, dicitur, Dent. 5, 17, quia occupat planitiem illam Siddim, in qua olim urbes Sodoma, Gomorra, Adma, Zehoim et Zoar (Segor) sitae erant, Gen. 18, 20; 19, 24, seq. Joel. 2, 20. Zach. 14, 8. Quam Jordanes hoc loco, jam ante celebrem illam hujus planitie subversionem, exoneraret ingentem vim aquarum, quae, in rivis deductae solum fecundabant; lacum jam illo antiquiori aëre subterraneum adfuisse, necesse est, Conf. Gen. 14, 5; erat autem tectus crusta terrestri, asphaltum sustentata, quod, è fundo lacus emergens, tot seculorum cursu aggregatum fuerat, prout et usque in hodiernum diem saepe è fundo lacus in superficiem aquarum emergit, et disruptum fontem vaporum nubes in aërem spargit, conf. Isa. 54, 9, 31. Sap. 10, 7, Joda 7; unde lacus nomen Asphaltites adeptus est. Id ita se habuisse liquet ex Gen. 14, 10, ubi memorantur nulli in hac planitie patet, per quos asphaltum seu bitumen ex subterraneis aquis penetraverat. Hoc demum bitumen, fulminibus à Deo positivè immisiss ob immane scelus incolarum Gen. 19, 24, incensum, conflagravit, ut terrestris cortex, sustentaculo spoliatus in occultas sub eo aquas subsideret, et lacus conspicuus prodiret (1).

(1) Calmet, Dict. de la Bible, art. *Sodome*: « In ameno et fertili agro urbes illae (Sodoma, Gomorra, etc.) vice terrestri paradisi specimen exhibebant, dein vero terra lacus versa, nam felinae coelestis incensum scaturiens in regione bitumena exarsit. Igne liquo fluminis succedentes inundantur solum; recedentibus subsidente, mare Mortuum, seu lacus Sodomae in loco scilicet, cui etiam longis Asphaltitis ex bitumine, seu Asphaltite ex aquis ebullientis nomen inditum est. Dicit potest mare Mortuum longe ante Sodomi subversionem existisse, sed tunc quam plurimum amplitudinem accoisse, ut habet Robert. in

Lacus, ab aquilone in austrum 14 1/2, et ab occasu in ortum, in amplissima latitudine, 5 3/4 miliarium germanicorum esse dicitur; flexio autem litoris videtur esse versùs occidentem concava. Aqua pauco quidem almitie, tanto autem sale impregnatae sunt, quantum aquae capere possunt; hinc descendit nomen maris Salsi. Gen. 14, 5. Num. 34, 12. Dent. 5, 17. Jos. 5, 17; 12, 5; 15, 9; 18, 19. Ezech. 47; 8, 10. Quia vero eadem de causa aquae hinc nihil vivum alunt, lacus dicitur quoque mare Mortuum. Quaecumque his aquis immerguntur, demum extracta, salis crusta obducuntur.

Littora montosa sunt, excepta occidentali plagâ in septentrione, ubi solum planum, sale impraegnatum, sterile, exustum et cineribus contextum est, unde nos, loca vastata sale conspergendi, explicandis esset, nisi aequè ex aliis vallibus Salinarum, quae in oriente sunt permulta explicari posset, Dent. 29, 22. Jud. 9, 45, Ps. 105, 4. In hac planitie, crescit solanum melangense, quod etiam dicitur vitis Sodomae, et fert mala Sodoma, quae botri venenati, et aëre amarae, dicuntur, pulchrae quidem exteriori formâ, intèrius verò corruptae, et in cineres solute sunt, Dent. 52, 52. Prov. 15, 49, Mich. 7, 4. Sap. 10, 7 (1). Vernali tempore, quo Jordanes majorem aquae molem adfert, lacus intumescit; quare in litore fossae excavantur, in quibus aquae, decrecente lacu, stagnant, in vaporibus abeunt, et crustam salis relinquunt, quo sale universa regio vitum, Zeph. 2, 9. Ezech. 47, 11.

Qui alii in mare Mortuum se exonerat fluvii, sunt: I. Lex plagâ occidentali Kidron, Joan. 18, 1, qui in valle cognomini, Jerosolyman inter et montem Olivarum, oritur, nec aquas habet nisi hyeme; primum quidem in austrum, deinceps verò versùs ortum per praeputia saxa deserti Engedi, in quo quibusdam montium rivis augetur, descendit in mare Mortuum; II. in extremitate australi induit Saphia vel Saphria, fluvius haediquam exiguus; III. ex plagâ orientali, ferè in medio, ostium est torrentis Zered; et paulisper versùs aquilonem; IV. ostium torrentis Arnon, qui in vallibus montium Gilead, ex pluribus fontibus vel rivis oritur, primum versùs austrum decurrit, deinde in occidentem verititur, ut cum mari Mortuo, Jordane et Jaboko penitentem format. Alveus hujus Bavi non exigit, ab ortu Gaditas Rubenitaeque ab Ammonitis atque ab austro Rubenitas à Moabitibus dirimebat, ut suprâ diximus.

§ 20. *Alia flumina.* — Reliqui rivus et torrentes celebriores sunt: I. Belus, ab antiquissima inventionis vitri celebris, et hinc vitri Schichor dicitur esse. Oritur in montibus tribus Ascher, et post cursum 250 passuum geometricorum, ad austrum Ptolemaidis mare influit.

II. Kischon ex aquilonaribus montis Thabor radicibus, quibuscumque sic dicto parvo Hermon cohaeret, oritur. Geographiâ sacra, et alii quoque consule. Vid. etiam Comment. ad Genes. 19, 24.

(1) Confer Chateaubriand, *Itinéraire*.

tus, in duo mox brachia dividitur; nam aquarum ex his montibus subsidentium pars minor fluit versùs ortum per vallem Izezel in lacum Gennesareth; major autem pars decurrit per vallem Izezel in occasum, et pluribus rivis aucta, penes Carmelum in mare effunditur, atque hoc fluvii brachium dicebatur aqua Medidit, et olim tribum Issachar à tribu Zebulon determinabat. III. Torrens Arundineti, hyeme duntaxat aquas fert, et suo cursu ab ortu in occasum olim tribum Ephraim à tribu Manasse dirimebat, Jos. 17, 8, 9. Ostium in mare Mediterraneum est ad austrum Casareae. IV. Torrens Botri, ex montibus Juda ortus, et ad Ascalonem mare Mediterraneum intrans, idem esse videtur cum torrente Sorek, vel saltem ambe valles, hysmalum rivum alentes, cohaerent, Num. 15, 24. Jud. 16, 4, 21. V. Torrens Desor, qui ad Gazam mare influit, non videtur esse idem, qui Gen. 26, 18, et 1 Sam. 50, 9, 10, 21, vallem Gerar permeasse refertur, conf. Gen. 26, 17.

Observato dignum est, נַר, significare flumen vel torrentem; sive estate fiat, sive deliciat; נָר autem fluvium magnum, et si cum articulo נַר usurpetur, ferè Euphratem designare.

§ 21. *Tempestas Palaestinae.* — Caeli status, seu tempestas Palaestinae pro diversitate locorum quidem diversa, sub hoc tamen climate generatim non adeo mutabilis est, ut in nostris regionibus, sed multo magis sibi constat. Variationem ad sex anni orientalis partes, quae jam Gen. 8, 22, occurrunt, et in lingua adhaedum arabica celebres sunt, narrabimus, conf. Goli Lex. Arab. p. 954.

Primâ anni parte, quae Messis dicitur, à dimidio aprilis usque ad dimidium Junii, caelum serenum, aura mox altero aprilis dimidio calida, imò etiam ferida, in minoribus tamen vallibus et ad maris littora temperata, progressu autem praeferida et aestuosa est. Secundâ parte anni, quae Tempus fractuum vel Aëstus dicitur, à dimidio Junii usque ad dimidium augusti, aëstus adeo ingravescit, ut et noctes quoque sint calidae, et incolae sub die dormiant. Tertia anni pars, à dimidio augusti usque ad dimidium octobris, dicitur Aëstus, quia initio calor adhaedum praeferidus est; sed progressu imminuitur.

A tempore messis, seu medio aprilis usque ad dimidium septembris, nec pluvia, neque tonitrua sunt, Prov. 26, 1, 1 Sam. 12, 17, Hieronymus in Amos 4, 7. Iulio quidem messis, seu altero dimidio aprilis cernitur nonnumquam nubes matutina, quae, sole horizontem altius ascendente, mox disparet, Use. 6, 4. Mensibus vero maio, junio, julio et augusio neque nebulae conspiciunt, et terra nonnisi rore humectatur, qui ideò passim symbolum est beneficii divini, Gen. 27, 28, 29; 49, 25. Dent. 52, 2; 55, 15. Joh. 29, 19. Mich. 5, 6. Ros verò, etsi copiosus, ingravescente aëstu non alit nisi herbas robustiores; debiliores omnes, nisi vel rivis, vel arte, vel labore hominum rigentur, aëstu excurrunt et emoriuntur, Ps. 52, 4. Si hoc tempore vel scintilla cadat in gramina haec arida, incendium oritur ingens, inprimis si vepretes, virgulta aut sylvae

propinque sint, Ps. 85, 13. Isa. 9, 17; 40, 14. Jer. 21, 14; confer Exod. 22, 5. Joel. 1, 19; et Jer. 9, 9. Facies regionis squalida est; nam fontes quoque et rivus exarescunt, et solum ipsum adeò indurescit, ut rimas agat. Id omne è magis acceleratur, si Eurus aliquot diebus spiritus, qui segetibus et vitibus noxius, atque navibus quoque maris Mediterranei exitiosus est, Ose. 15, 15. Job 14, 2; 15, 2. Gen. 41, 6, 23. Isa. 2, 6; 40; 7, 8, 24. Ezech. 17, 10; 19, 12; 27, 26. Jona 2, 8. Ps. 48, 8, 105, 15. Act. Ap. 27, 14. Dicitur verò orientalibus Euris, עֶרֶב, omnis ventus, qui ex coeli regionibus, ortum inter et septentrionem, atque ortum inter et meridiem spirat, uli Shaw Reisebuch S. 285 et seq., et Prosper Alpinus de medicina Aegypti. mox ab init. testatur. Quae verò in illo climate, aliquot horis ante occasum solis, spirat refrigerans aura, in Persia hucusque, prout Gen. 5, 7, dicitur ventus diei, Chardin Voy. t. 4, p. 8. Circa aequinoctium vernum denique pluviae aliquot diem ingruunt, quibus non modo aura temperatur, sed omnia quoque rivis revirescunt.

Quarta anni parte, quae Sementis dicitur, nempe à dimidio octobris usque ad dimidium decembris, caelum est varium, persepe caliginosum, nebulosum, subtilissimum, aut pluviosum. Mox altero octobris dimidio ingruit pluvia prima seu autumnalis, ad sementem necessaria. Aura adhaedum persèpe calida, aut etiam fervida est; vergente autem tempore frigidior, et demum versùs finem in montibus quoque nives cadunt. Rivus adhaedum aqua carent, et fluvii nitidus altas vehunt aquas. Secundo novembris dimidio folia arborum defluunt, et veras ejusdem mensis finem molliores cubilia calefaciunt, quod continuum usque ferè ad aprilem, Jer. 50, 32; alii totam hyemem absque calore ignis transigunt.

Quinta pars anni, à dimidio decembris usque ad dimidium februarii, consistit hyemem; nives quidem minimè raro, exceptis tamen montibus, vix per diem durant, et glacies tenuis est, atque liquefit, quamprimum sol altius horizontem scandit. Ast aquilo gelidus, et frigus, inprimis in montibus, qui nunc nivibus operi sunt, vehementer et quoque mortiferum est. Vix sunt lubricae et ligera molesta et periculosa, inprimis in semetis declivibus montium. Jer. 15, 16, 25, 12. Sirach. 43, 22. Matth. 24, 20. Aere vero tranquillo et sole è nubibus emicante, calor in vallibus et planitiebus est non raro vehementer, et Josephus de Bell. jud. l. 5. e. 9, § 4, de planitie Casareae ad mare testatur. Tonitrua, fulgura, grandines frequentes; et campi floribus obstiti sunt. Rivus aquis completur, et fluvii accrescunt. Vergente januario et ingrediente februario segetes revirescunt, arbores foliis restuntur; amygdalus, prima arborum, circa dimidium februarii flores.

Sexta denique anni pars, à dimidio februarii usque ad dimidium aprilis, dicitur frigus, quia initio aura adhuc friget, sed progressu temporis calescit, atque etiam fervescit. Pluviae continentur, sed minuuntur; fulmina verò, tonitrua et grandines multiplicantur,

utraque autem versùs finem prorsùs desinunt. Ultima pluvia primo dimidio aprilis ingruit, et hinc serotina dicitur.

Pluvia prima sub autumnalis, et serotina seu vernalis, ad fecunditatem agrorum prorsùs necessaria, atque summopore exoptata erat, Lev. 26, 4. Dent. 8, 7, 11; 14, 11; Isa. 50, 25, Jerem. 5, 5; 5, 24; Ose. 6, 3; Joel 2, 5; Zach. 10, 1; Ezech. 53, 20; Job 29, 25; Prov. 16, 15; 25, 14; Jac. 5, 7. Ceterum pluvia quælibet in illis regionibus gelida est, Esdr. 10, 9; Cant. 2, 11, et prævis exoris turbantibus, pulverem jaçantibus, annuntiantur, qui ab Arabibus dicuntur bonæ nuntia, atque *missæ* seu *nuntia* Koran 7, 55, 77, 1, 5, ab Hebræis verò nonnunquam *verbum* vel *sermo Dei*, aut *mandatum Dei*, vocantur Ps. 147, 15, 18. Imprimis favonius et aquilo indicant securum pluviam, 1 Reg. 18, 42, 45. Prov. 25, 25; alioquin si vespere cælum rubelat, dies crastinus serenus; si autem mane rubelat, pluvia expectabatur, Math. 16, 2.

§ 22. *Ubertas soli.* — Ubertas soli, à Mose celebrata, testimonium omnium, qui regionem inviserunt, comprobatur. Tractus, qui observati sunt incoliti et deserti, uberrimis quoque regionibus non desunt, quin laus fecunditatis imminuat. Si verò nostrâ ætate pluvia effluendat Palæstina loca incolita, cogitandum est id ipsum à Mose Deut. 29, 22, seqq. fuisse predictum, et regionem ab Assyriis, Chaldæis, Syris, Romanis, Saracenis, Turcis, etc., fuisse vastatam, et nostrâ ætate sub ditone genere Turcarum, qui agricolas non modò ad industriam non excitant, sed ipsi quoque exsugant, atque etiam ab incursionibus Arabum minimè tenentur, et nihilominus peregrinatores testantur unanimes, terram, ubi cultores non desunt, esse fertilissimam. Arbores frugiferas et fruges terræ omnis generis alit, nec vitæ desunt, etsi Mohammedani vino abstinent. Jumentorum, ferarum aviumque tanta est copia, ut nihil desideretur. Josephus, de Bell. jud. l. 3, c. 5, § 5, Pereaam, quæ hodiè deserta est, à vineis et palmis laudat, et l. 5, c. 10, § 8, l. 6, c. 8, § 5, imprimis regionem ad lacum Gennesareth, et plantiæm Jerichulinam celebrat, quæ nostrâ ætate incolis orbata et deserta est; denique testatur Josephus, in Galilæa fuisse 204 urbes et oppida, et majores quidem urbes 150,000, minima verò oppida 15,000 incolarum habuisse. Quæro et ipse Josephus in hac exigua provinciâ, quæ vix 8 vel 9 mill. longa, et 6 mill. german. lata est, exercitum fere 100,000 coegit, Joseph. de B. J. l. 2, c. 20, § 6. Tot homines, exiguo hoc terræ spatio coarctati, ut necessaria sibi compararent, artes colere et commercia tractare debebant, quo casu etiam litera et scientia minimè negliguntur; atque hinc liquet Jesum edidisse miracula sua in regione, in quâ dijudicari poterant. Vilipensio Galilææ, Joan. 7, 52, ad id unum spectat, Prophetam seu Messiam nequaquam ex hac regione oriturum.

Fodinas in regione Chanaan fuisse, innuitur Dent. 8, 9, ast ab Hebræis cultas fuisse non legimus. Autor

libri Job describit quidem c. 28 fodinas, sed non agit de regione Chanaan; alibi verò generalis modò mentio fodinarum occurrit, Ps. 95, 4. Isa. 51, 1. Posterioris ævi fodinas ad Sareptam, urbem Phœniciam, novimus. Metallurgia autem Hebræis apprime cognita era, nam occurrit fornax ferri, Deut. 4, 20, 1 Reg. 8, 518 Jer. 11, 4; cætinus ad separandum scoriæ argenti, Ezech. 22, 18, 22; cætinus auri, Prov. 17, 5; 27, 21, atque scoria quæ quidem duplitis est generis, altera concreta cum ære ex fodinâ eruto, quæ igni eliquata, operibus figulis encausto pingendis adhibetur, Prov. 26, 25; altera est metallum ignobile, quod auro argenteo ab artifice commixtum fuit, et per ignem rursùs eliquatur, Ps. 119, 4. Prov. 25, 4. Isa. 1, 22, 25. Ezech. 22, 18, 19. Cinis clavellatus, qui ex salicorniâ et quibusdam speciebus salsoto conficiebatur, et ad eliquationem auri et argenti à scoriâ, atque etiam ad lotionem et purgationem vestium adhibitus fuit, notissimus erat, Malach. 3, 2. Jer. 2, 22.

§ 23. *Calamitatis regionis.* — Regio hæc, utinamque prospera, pluribus tamen calamitatibus vexatur. I. Sæpè peste affligitur, quæ ex Ægypto et aliis regionibus immigrat; quare in Bibliis sæpè memoratur.

II. Regio, quia montosa et mari propinqua est, sæpè terræ motibus concutitur et vastatur, à quibus verò, testante Abdollatio, Ægypti Descript. S. 555 ff., Jerosolyma vix unquam detrimentum capit. Conf. Ps. 46, 5, seqq. Hæ terribiles concussiones, plures prophetis et poetis tropos suppeditarunt, quibus rerum conversiones designantur, Ps. 60, 4. Isa. 29, 7; 54, 10. Jer. 4, 24. Agg. 2, 6, 22.

III. Quintâ et sextâ anni parte, id verò est, tempore hyemis, sunt tonitrua, fulgura, grandines, catæactæ nubium, inundationes et cænephie. Isa. 41, 15, quæ Phœnias Hist. nat. II. 40, describit, et Shav. Heleb. 8, 289, in Carmelo contingere testatur. Ab his phenomenon prophetæ et poëtæ tropos quàm plurimos mutuati sunt, Ps. 18, 8, 15; 29, 1, 10; 42, 8; 55, 9; 85, 16. Isa. 8, 7, 8; 11, 15; 28, 50; 29, 6. Jer. 25, 19; 55, 25; 48, 15. Ezech. 1, 2, seqq.

IV. Regionem non rarò vastant agnina locustarum migrantium, quæ ab orientalibus dicuntur exercitum Dei, et repasè ferè ordinem exercitûs observant; vespere enim se demittunt, et quasi castra metantur; mane verò, sole altius ascendente, nisi paululum javenerint, rursùs in aerem elevate, quo ventus fert, avolant, Prov. 50, 27, Nah. 5, 16, 17. Agnina sunt ingentia, Jer. 46, 47, et spatium occupant 2 vel 3 mill. german. longum, et 1 vel 1 1/2 mill. latum, atque in altum quoque adeò profunda sunt, ut solem contingant, et terræ caliginem inducant, Joel 2, 2, 8, 10. Exod. 10, 15. Concussione alarum insignem quoque strepitum edunt, Joel 2, 2. Subsidentes magnum terra tractum altitudine cubiti contegunt, Joel 1, 5; 2, 11. Jud. 6, 5; 7, 12. Exod. 10, 15. Si aura frigida aut humida est, aut si rore matutino mædactæ sunt, vix moventur, donec sole siccate et calefactæ fuerint, Nah. 3, 17. Repit deinceps bono ordine, et ferè lineâ rectâ in septentrionem tendunt, nec impedin-

tis quibuscumque cedunt; foveas enim effossas corpusculis suis complent, ignem excitatum multitudine suâ extinguunt, moenia et muros supergrediuntur, et per januas fenestrasque domûs intrant, Joel 2, 7, 9. Omne viridè devorant, ipsos quoque arborum ramos decorticant, imò inherentes podere suo ipsos frangunt, Exod. 10, 12, 15, Joel 1, 4, 7, 10, 12, 16, 18, 20, 2, 5. Vorando strepitum non levem excitant, Jer. 51, 14. Summa mali est, si discedent hoc agmine, veniat secundum, tertium et quartum, quod consumit reliquias, ut regio quasi exusta appareat. Postquam omnia absumpserunt, cum vento avolant, et non solum excrementa fetentia, sed sua quoque ova, terræ infossa, relinquunt, è quibus sequenti verè nova mali progenies multò copiosior exoritur. Feruntur denique etiam super maria, quo elemento, ipsis ignoto, dum sese, ut in terram continentem, demittunt, succiuntur, et fluctibus ad littora appulse, et demum putrescentes, fetore suo hominibus etiam mortuæ molestiam creant, Exod. 10, 15, 20. Joel 2, 20. Hæ migrantes locustæ nostris majores sunt, ferè tres aut quatuor pollices longæ, et crassitudine facilè digitum hominis æquant. Forma, imprimis capitis, ferè equo similis est, ut abæ faciant quasi tegumentum dorsi; hinc sæpè equis comparantur. Aliæ sunt formæ humane similiores, ut longa tentacula sint quasi casaria femine, Apoc. 9, 7. Dentes sunt acuti, et hinc dentibus leonum comparantur, Joel 1, 5, 2, 4. Species sunt diversæ, in Bibliis 8 vel 9 earum nomina occurrunt.

V. Vastationem locustarum, atque defectum pluvie autumnalis et serotinae sequitur caritas annonæ, aut fames, quæ etiam alias in urbibus ab hoste obsessis, non rarò adeò invaluit, ut non modò animalia immunda, sed etiam carnes humane in cibum converterentur, Deut. 28, 22, 49. 2 Sam. 21. 2 Reg. 6, 25, 28, 25, 5. Jer. 1, 12; 14, 15; 19, 9; 42, 17. Lament. 2, 2, 19, 20. Ezech. 5, 40, 16; 6, 12; 7, 15, 16, 17. Amos 4, 9. Joel 1, 5. 1 Machab. 9, 27.

VI. Malum præ cæteris terribile, est ventus qui ad Arabibus dicitur Samum, à Turcis *Sannyl*, et ab Hebræis *לַמְּסַח* Ps. 11, 6, 117, 55, *רוּחַ דָּרַד* Jer. 4, 11, *רוּחַ דָּרַד* Isa. 4, 4, et *רוּחַ דָּרַד* Isa. 27, 8; 28, 2. Spiritus in Persiâ, Babyloniâ, Arabiâ, et in desertis Ægypti, mensibus junio, julio et augusto, in Nubiâ verò quoque martio et aprilis, atque septembris, octobris et novembris. Nunquam quidem ultra 7 vel 8, ex relatione verò G. A. Olivier (in Descriptione itineris sui per imperium Turcicum) rarò ultra 2 aut 5 minuta instat; ast omnes homines, qui in campo sub dio erecti stant, momento interimit. Mortui primum dormientibus similes jacent; verum accepta fortè manus, ut excitentur, abruptim; paulo post cadavera nigrum colorem induant. Ventus hic, nec altè in aerem, neque infra altitudinem duorum pedum à terrâ spirat; hinc homines, quum illum imminere observant, prout in faciem procedunt, pedibus plage, ex quâ venit, obversis, ore ad terram firmiter applicato, atque quod minimum fieri potest, respirantes, ne quiddam

de aurâ mortiferâ sorbeant. Indicia autem spiratum Samum sunt nebulæ, ferè ut iris, subrubræ, in aere è longinquo apparentes, et strepitus quipiam, de quo autem alii nihil referunt, imò referent G. A. Olivier ær est tranquillus et æstus ferè intolerabilis, atque æm spirare incipit Samum. In cubiliis et urbibus effica cibus non sentitur. Animalia, etiam libero acri exposita, non perimuntur quidem, sed omnibus artibus contremiscunt, et instinctu quodam naturali caput demittunt. Cæterum nomine Samum interdictum latius, pro quovis longius quoque duranc calidiori vento utuntur, addio etiam nonnunquam epitheto *perseverans*, atque hic etiam noctu spirat, quo tempore dicitur *haurav*. Hic lenior Samum est idem, qui Hebræis *orientalis* dicitur, de quo jam supra diximus, conf. Ps. 105, 15, 16; Ezech. 17, 10; 19, 12, Ose. 15, 15; Jer. 18, 17.

§ 24. *Divisio Palæstinae inter Israelitas.* — Hanc regionem Hebræi armis occuparunt, et in duodecim tribus dividerunt; nam etsi posteri Josephi in duas tribus Ephraim et Manasse, dispersiti essent, tribus tamen Levi non obtinuit nisi 48 civitates, quæ in diversis tribubus disperse erant. Regio trans Jordanem, à Mose tribus Ruben et Gad atque dimidiæ tribui Manasse concessa fuit, Deut. 5, 12, 17. Jos. 12, 1, 9; 15, 8, 55. Tribus Ruben obtinuit partem australem, quæ ab ortu et austro terminabatur Arnone flumine, trans quod confines erant ad ortum Ammonitæ, et ad austrum Moabitæ; limes verò occidentalis erat mare Mortuum et Jordanes. Tribus Gad sedem recepit Gileaditæ, sensu strictiori sic dictam, ad septentrionem Rubenis, usque ad lacum Gennesareth. Dimidia tribus Manasse reliquam partem septentrionalem, quæ fuerat regnum Baschan, occupavit. Cis Jordanem sedes ceperunt relique novem tribus et dimidia. Illa quidem pars, quæ à limitibus australibus usque ad ingressum Jordanis in mare Mortuum, ad vallem Hinnom et ad plagam æquilonarem urbis Ekron procurrit, tribui Juda tributa fuit Jos. 15, 1, 15; quia verò hæc pars, quum delineata regio descripta fuisset, justo major deprehensa fuit, decepta est pars quinquam occidentalis, cujus portio australis tribui Simeon, Jos. 19, 1, 9, et septentrionalis tribui Dan sortis cecit. Limites tribuum Simeon et Dan, non definiuntur, sed urbes duntaxat eorum nominantur, Jos. 15, 2, 12; 19, 1, 4; 40, 47. Ceterum hæc tota pars meridionalis, geographicè divisa erat in partem australem, in planitiem occidentalem maritimum, in montem seu montana Judæ, et desertum Judæ, Jos. 15, 20, 62. Luc. 1, 58. Jeremias, 52, 44, 55; 12; his partibus addit regionem Jerosolymæ, et sortem tribus Benjamin, sed id ad tempora post schisma regni spectat.

Tribus Juda sequetur, versus septentrionem, tribus Benjamin, cujus limites boreales à Jordanis ingressu in mare Mortuum, procurrabant penes Jerichuntum ad septentrionalem Bethæis plagam, usque ad Kirjath-Joarim; littora verò maris Mediterraneæ tribui Dan cessarant. Jos. 18, 11, 44, 49, 49, 40, 47. Tractum ad septentrionalem Benjamin, sortita est tri-

bus Ephraim usque ad torrentem Arundinum, Jos. 16, 4, 8; 17, 10. Eadem sorte expedita quoque fuit altera dimidia tribus Manasse, ejus limites ideò accuratè definiti non sunt, Jos. 16, 4; 17, 9; id verò liquet, tribum Manasse cepisse loca ad septentrionem tribus Ephraim et torrentis Arundinum, atque usque ad mare quidem Mediterraneum, nequaquam verò usque ad Jordanem pertigisse, Jos. 17, 10. Tribus Issachar, ad septentrionem dimidiæ tribus Manassis, obtinuit planitiem Iizreel, et penes Jordanem extendebatur in meridiem usque ad tribum Ephraim; à septentrione limes erat mons Thabor; ad occasum verò non videtur usque ad mare procurrisse, Jos. 17, 10; 19, 17, 25. Tribus Ascher sorte obtigit pars illa quæ à Carmelo, seu à limite, quo ad occasum dimidia tribus Manasse terminabatur, in septentrionem procrebatur, primum quidem in littoribus maris Mediterranei, demum verò penes Phœnecem, usque ad urbem Aphecem, Jos. 19, 24, 31. Tribus Zebulon sorte occupavit tractatum ad orientem Ascheris, et ad septentrionem Issacharis, usque ad egressum Jordanis à lacu Gennesareth, Jos. 9, 10, 15. Matth. 4, 15. Hic districtus ad occasum et orientem arcus, in medio autem latior fuisse videtur, Jos. 19, 10, 16; 22, 26. Tribus Naphthali cecit reliqua pars, que terminabatur tribus Ascher et Zebulon, lacu Gennesareth, Jordane, et septentrionalibus totius regionis finibus, ubi tamen colonia quoque Danitarum in urbe Lais, deinceps Dan dicta, sedes fixit, Jos. 19, 52, 53. Jos. 18, 25. Post obitum Salomonis, facto schismate, tota regio divisa fuit in regnum Juda et regnum Israel, et terminus utriusque erat limes septentrionalis tribus Benjamin.

§ 25. *Divisio Palestinae ætate Christi.*—Ætate Christi alia erat regionis divisio. Cis Jordanem provincia erant tres: I. Galilæa, quo nomine, jam Jos. 12, 25; 20, 7, obvio, et dein sæpius recurrente, veniebat pars septentrionalis regionis, que Phœnicæ, Syriæ, Jordane et lacu Gennesareth, atque planitie Ezedrom circumdata erat. Divisa erat in Galileam inferiorem seu australem, et superiorem seu septentrionalem, que Galilæa gentium dicta fuit, Isa. 8, 23. 1 Mac. 5, 15, 21, 25. Matth. 4, 15. II. Samaria, ab oppidis Ginea et Seythopoli usque ad Aeralatenem et oppidum Anuath, media erat totius regionis pars, nequaquam verò usque ad mare Mediterraneum pertingebat, Joseph de B. J. l. 5, c. 5, § 4, 5; conf. Joan. 4. III. Judæa, que comprehendebat quoque Idumæam usque ad oppidum Jardan in Arabiâ Petraâ, et littus maris Mediterranei usque ad Ptolemaidem, cincta erat Samaria, Jordane, mari Mortuo, Arabiâ Petraâ, et mari Mediterraneo, Joseph B. J. l. 5, c. 5, 4, 5.

In Peræa seu trans Jordanem octo provinciæ vel districtus numerabatur. I. Peræa, arctiori significatione sic dicta, pars australis ab Arnone usque ad flumen Jabbok. II. Gilead ad septentrionem fluvii Jabbok. III. Decapolis seu districtus decem urbium, que fere ab ethnicis habitabatur, circa Hippon, Pella et Gadaram, neque tamen omnes in eodem districtu

sita, sed pleræque hinc inde dispersæ erant; Seythopolis enim cis Jordanem, relique erant trans Jordanem, nempe Hippos et Gadara ad orientem latus Gennesareth: Pella ad Jabbok, Philadelpia australior, olim Rabbath Ammon dicta; magis ad austrum Dion; porrò Canath, Gerasa, Raphana et fortissè Damascus; ast jam antiqui in enumerandis his urbibus non conveniebant, conf. Pinus Hist. nat. l. 5, c. 18. Marc. 5, l. Luc. 8, 26. Matth. 8, 23. IV. Gaulonitis, tractus ad orientalia littora lacus Gennesareth et Jordanis usque ad Hermonem. V. Batanæa, antiqua Baschan, sed arctioribus limitibus circumscripta, ad orientem Gaulonitidis, et ad septentrionem Gileaditidis. VI. Auranitis, olim Chauvan vel Chavran, Ezech. 47, 16, 18, etiam Turæa dicta, ad septentrionem Batanæe, et ad orientem Gaulonitidis, Luc. 5, l. VII. Traconitis, ad septentrionem Auranitidis, et ad orientem districtus Pnacoas seu Cesareæ Philippi, quo à Galilæa dirimebatur, à specubus celeberris, qua aduocum ætate Herodis habebant incolæ. VIII. Abilene in septentrione, inter Baalbeck et Damascum, 55° 50' usque ad 55° 40' lat., à prædone Lysaniâ, qui hunc districtum à Romanis conduxerat, Abilene Lysaniæ dicta, Luc. 5, l.

## CAPUT II.

## DE DOMICILIIS.

§ 26. *Prima domicilia.*—Qualis fuit prima protoparentum habitatio prorsus ignoratur. Non cerè tentorium, chm in Genesi c. 4, v. 20, Jabel dicitur *Pater habitantium in tentoriis*, id est, ut vulgè interpretes, primus eorum qui sub tentoriis habitarent; sed jam nota erat solidior habitatio, ex ligno probabiliter constructa. Constat enim ex versu 17 capit. citat. Cainem antea struxisse urbem quam ex filii nomine *Rehob* vocaverat; quod de specum excavatione intelligi non potest, ut volunt quidam. Attamen certum est multos ex antiquis specus inhabitasse, que mansiones non nimis incommode erant; nam et nunc aduendum in monte Taurus, sub climate multo rudiore, agricola degunt in specubus, et nomades in Arabiâ Petraâ, partim sub umbrâ arborum, et partim in specubus et in rimis saxorum mansiones figunt.

§ 27. *Recentiores troglodyte.*—Specus in Oriente non modò frequentes, sed etiam sicce, et multe quoque amplex sunt. Gen. 19, 50; 21, 9, 19. Jos. 10, 16, 1 Sam. 22, 1; 24, 5, 8. 1 Reg. 18, 4. Quare hæc habitacula satis commoda erant, utpote hieme calida, æstate verò refrigerantia; hinc recentiori quoque ævo non pauci occurrunt troglodyte, ast effera prædones, qui nequidem matrimonii leges observabant, Job. 50, 1, 18, 26, 5, 6. Gen. 14, 6; 19, 32; 56, 20, 21. Deut. 2, 5, 12, 22. Jos. 24, 4. Herodot. l. 5, § 74. Strabo p. 778, 776. Diodor. Sic. l. 5, c. 51. Curtius l. 5, c. 6. Joseph. Fl. Archæol. l. 13, c. 4, § 1. Koran. 7, 71, seqq. 26, 141, seqq. 14, 64, 74, 89, 8. Qui in Biblis occurrunt sunt: I. Scyrite in montanis Syry, usque in desertum Pharan in Arabiâ Petraâ, Gen. 14, 6, 21, 24, 56, 1, 2, 20, 50. Num. 10, 12,

Deut. 2, 12, 22. II. Rephaim, qui urbes quoque munitas habebant et in tres tribus divisi erant, nempe 1° Emin, in regione quam deinceps Moabite occuparunt, Deut. 2, 11, 2; 2° Zamzumim, homines stature proceræ, in regione quam deinceps Ammonite tenuerunt; et 5° Rephaim, strictè sic dicti, in regione Baschan, stature quoque proceræ, ab Hebræis expulsi, Deut. 2, 10, 25; 5, 5, 16. III. Troglodyte dicti filii vel proles specum, seu troglodyte; stature erant proceræ, et ad Hebron habitabant, Deut. 4, 23; 2, 10; 9, 1, 2; 10, 11. Tribus eorum erant: 1° Nephilim Num. 15, 54;—2° Achiman; Scheschai et Thalmai, Num. 15, 22, 25. Jos. 14, 15;—5° strictè sic dicti Anakai circa Debir, Anab et in montibus Juda, Jos. 11, 21, 22;—4° Anakai ad Gazam, Gatham et Azotum seu Aschdodum, 1 Sam. 17, l.

Specus progressu temporis incolis destitute, conversæ sunt in domicilia mortuorum sepulchra Gen. 25, in refugia à persecutionibus hostium, et in latibula prædonum Jos. 10, 16, 22, 27. Jud. 2, 6, 15; 8, 20, 45. 1 Sam. 15, 6; 22, 1, seqq. 25, 25; 24, 4, 9, 2 Sam. 17, 9, 25, 15. 1 Paral. 11, 15. 1 Mach. 4, 56, 11, 41; Joseph. Archæol. XIV, c. 9, § 2. B. J. l. 1, c. 10, § 5, et c. 16, § 4. Locum quoque commodum prebent necromantis, 1 Sam. 28, 8, 24; denique fere latebras in illis querebant.

§ 28. *Tabernacula.*—Frondose arbores et fructifera superius perplexa, excitabant mentem hominum, ut deciperent terras arborum, eosque duabus lineis parallelis ramos infingerent, et superius invicem inflexos connecterent, atque ramis, frondibus, foliis, herbis, calamis, pellicibus et latioribus quoque lapidibus contingerent, quibus frigora, calores et humores arcerent. Ita edificabant tabernaculum seu umbraculum aut tugurium. Hæc nappalia, prout à Romanis nuncupabantur, dubio procul initio parva et humilia erant, progressu autem temporis in majorem altitudinem assurrexerunt.

Tabernacula, inventis etiam melioribus domiciliis, non mox obsoleverunt, sed longo deinceps tempore, jam ex necessitate, jam ex commoditate, jam etiam ex voluptate erigi solebant, et nunc aduendum à nomadibus Mesopotamie, tempore æstatis eriguntur, conf. Gen. 35, 17. Ps. 27, 5. Jon. 4, 5. Matth. 17, 5. Aggregata plura hujusmodi tabernacula nominibus *טבת* et *טבת* veniunt, Num. 32, 47. Gen. 25, 16. Ezech. 25, 4; vox tamen *טבת* etiam de ovilibus lecto carentibus, de speculis et castellis vel turribus usurpatur, 1 Paral. 5, 59, vel 54. Ps. 69, 26. Num. 51, 10. Cant. 8, 9.

§ 29. *Tentoria.*—Quum tabernacula, que non facile de loco in locum transferri, et defectu materiae non ubique nova constructi possent, ex parte pellicibus contegi solent; subnasæ facile poterat consilium, ex solis pellicibus, circa perticam extensis, construendi mansuculam, ejus facillima esset translatio. Hæc ratione Jabal invenit tentoria, Gen. 4, 10, que progressu temporis jam non pellicibus, sed materiis coactilibus, pannis et linteis contacta fuerunt. His domiciliis hodièdum utuntur nomades orientales, eaque ponunt, ubi visum

fuerit, præ cæteris verò, si locus admittit, sub umbrâ arborum, Gen. 18, 4. Jud. 4, 5.

§ 30. *Conformatio tentorium.*—Prima tentoria dubio procul rotunda erant et parva; progressu temporis majora et oblonga facta sunt. Nomadibus in Arabiâ Petraâ sunt minora, et majora, que domus dicuntur, Gen. 35, 17. Minora tribus pallis sustentantur, et panno, ex lana vel pilis camelorum contexto, tecta sunt. Majora vellem novem pallis, tribus nempe altioribus unâ serie in medio, et aliis tribus aut duobus multò brevioribus, unâ in utroque latere serie fixis, imitantur, et pilis caprarum contexto panno operata sunt. Medius palus omnibus quidem reliquis eminet, altitudo tamen vix ultra 8 vel 10 pedes assurgit. Arabes castra in collibus rotunda metari amant, que eminis appropinquantibus repulchrum nigro suo colore præbent aspectum, Cant. 1, 5. Spatium, circulo tentorium comprehensum, locus est in quo necesse greges collecti, à canibus custodiuntur, Job. 50, 1; ast pastorum quoque alternatim quispiam vigiliis agit, Isa. 56, 9, 11. Matth. 4, 10. Tentorium Emiri seu imperatoris cæteris majus et altius est, et medullitum castrorum occupat, à quo tentoria subditorum fere 50 passibus distant. Emiro plura quoque sunt tentoria, quorum alteram pro sexu femineo, alterum pro familiaribus, et aliud quoque, viridi telâ tectum, ad excipiendos illos, qui honoris causâ, vel quidpiam rogaturi aut propositi adveniunt. Castra Emirorum, qui à magno Emiro dependunt, ad eandem normam disposita, et non multò plus milliari germanico remota sunt.

§ 31. *Tentorii dispositio.*—Tentoria majora velis in tres partes distributa sunt. In extimam partem minis potentes recipiunt servos, et noctu quoque pullos quospiam, agnos nempe, capellas et vitulos, ne noctu matrem fugerent. In secundâ parte sunt mares; si verò tentorium justo nimis est, mares omnes et illa quoque animalia eodem ambitu continentur. Pars intima, קבר arabicè (conf. nostrum alkobia) dicta, pro sexu est femineo Num. 25, 8. Potentiores extimam partem soli familiaribus concedunt, nec animalia recipiunt, atque potentissimi non modò pro familiaribus, sed etiam pro sexu femineo seu Harem singulis habent tentoria. Gen. 24, 67. Nomades verò paulò nimis zelosi, alterum sexum non tam arctè custodiunt, ac urbium incolæ, Genes. 12, 15, 18, 6, 9, 54, 1, 2.

Pavimentum tentorii anteis seu tapetibus, vel villibus blattis, prout fert facultas domini, operum est, et in his sedetur; potentioribus verò non desunt diversi janni, culicæ, strigulæ et tegumenta nocturna pretiosa, que interdum in angulo tentorii composita jacent, et noctu in pavimento struntur. Cæterum curta quidem est horum pastorum supellex, non desunt tamen utres, vasa testacea et ænea, nempe olla, cacabi, patinae et paterae æneæ ex utraque parte sanna elegantè obductæ. Focus est terra, et vasa ponuntur super tres lapides in triangulum, in formam tripodis dispositos, in quorum medullitillo ignis in quopiam terra fossula ardet. Mensa est pavimentum, et mappa non alia, quam que omnibus Orientalibus communis est